



[The page is mostly blank with some faint, illegible markings and a small dark smudge at the bottom left corner.]

1.  
1.  
1.  
2.  
1.  
1.  
1.  
2.  
3.



1578.

1. Hochmannus, Thomas: De legitima ab intestato  
successione

1587.

1. Bocerus, Henricus: De jure dotium.

1592.

1. Bocerus, Henricus: De contractu in genere et in specie  
de emptione et venditione.

2. Entylmus, Mathaeus: Conclusiones ex materia for-  
mae selectae

1595

1. Bocerus, Henricus: De forma, de substantiis, et  
accidentalibus pendis.

1596.

1. Magirus, David: De iurejurando.

2. Magirus, David: De pendis.

3. Magirus, David: De probatione in genere et singulis  
ejus speciebus

1596.

1. Ziglerus, Michael: De rerum naturalium principis

1597.

1. Bucerus, Henricus: Synopsis totius juris feudalis et  
selectiores ejusdem quaestiones

2. Bucerus, Henricus: De jurisdictione.

3. Magirus, David: Quaestiones juris controversae  
materia de pactis et transactionibus desumptae

4. Magirus, David: De usucapionibus et praescriptionibus.

1598

1. Magirus, David: De usuris quaestiones aliquot.

2. Magirus, David: Quaestiones juris controversarum

Secundus

3. Magirus, David: De personarum servitutibus, usufructu et

usu. David: Quaestiones controversae ex appellationum  
materia selectae

1602.

1. Magirus, David: De lege regia

1608

1. Bucerus, Henricus: De possessione

1608

2. Magirus, David: De solutionibus.

1609.

1. Neyfferus, Valentinus: De praescriptionibus.

1610

1. Bocerus, Henricus: De successione conventuali, ea  
jure civili, canonico, feudali, Saxinico. . . . de prompta.

1614.

1. Besoldus, Christophorus: Ex libro I et II de sumptuum,  
Illustrationum quaestionum cinnae.

2. Besoldus, Christophorus: Selectiores juris controversi  
decisiones ex lib. 3 et 4. de sumptu

1615

1. Besoldus, Christophorus: Thematata juris controversi  
subsequenti ex libro 5 et 6 ff patrimonium de prompta

2. Besoldus, Christophorus: Quaestiones selectiores controversae ex 7. et 8.  
1616) pars d. libris, materiam personarum et reatum complectentibus, de prompta.

3. Besoldus, Christophorus: Cinnae problematum juridicorum  
ex libro ff. 11 et seqq. usque ad 47 de promptorum

1616

2. Meroldus, Christophorus: Illustres quaestiones ex 16  
postremis pandect. libri desumptae

1618

1. Harpprechtus, Johannes: Repetitio gravissimae l. si inquam  
& c. de revocand. donationibus

1619.

1. Laurius, Thomas: De academiis

1621.

1. Meroldus, Christophorus: De casibus fortuitis, ubi  
de eorum jure, tam in contractibus, quam alii negotiis  
... agitur

1625

1. Ruemelinus, Martinus: De testamentis I.

1626

1. Meroldus, Christophorus: De privilegiis literatorum.

2. Frederus, Hieronymus: De inventaris confectione

1630.

1. Besoldus, Christophorus: De nullitatibus.

1632

1. Besoldus, Christophorus: De modo referendi seu vocandi  
in causis civilibus, tam primae quam secundae  
instantiae.

1801  
1802  
1803  
1804  
1805  
1806  
1807  
1808  
1809  
1810  
1811  
1812  
1813  
1814  
1815  
1816  
1817  
1818  
1819  
1820  
1821  
1822  
1823  
1824  
1825  
1826  
1827  
1828  
1829  
1830  
1831  
1832  
1833  
1834  
1835  
1836  
1837  
1838  
1839  
1840  
1841  
1842  
1843  
1844  
1845  
1846  
1847  
1848  
1849  
1850  
1851  
1852  
1853  
1854  
1855  
1856  
1857  
1858  
1859  
1860  
1861  
1862  
1863  
1864  
1865  
1866  
1867  
1868  
1869  
1870  
1871  
1872  
1873  
1874  
1875  
1876  
1877  
1878  
1879  
1880  
1881  
1882  
1883  
1884  
1885  
1886  
1887  
1888  
1889  
1890  
1891  
1892  
1893  
1894  
1895  
1896  
1897  
1898  
1899  
1900















Decorative border on the right edge of the page, featuring a repeating pattern of stylized floral or geometric motifs.



573

1578

Disputatio,  
DE LEGITIMA AB INTESTA-  
to successione.

Deo auspice.


PRAESIDE CLA-  
RISSIMO CONSULTISSIMO-

QVE VIRO, D. IOANNE HOCHMANNO, I. V.  
Doctore, & in alma Tubingensi Academia, Iuris canonici Professore  
ordinario, & celeberrimo, Praeceptore suo omni pietate & obser-  
vantia colendo, M. PAVLVS MAIER NORDLIN-  
GENSIS, loco, tempore ac ordine, infra scriptis, pro ingenij  
viribus respondere conabitur.

CVM MATERIA SUCCESSIONIS COPIOSA,  
frequens, utilis, & disputabilis sit, nec non distincta capita contineat,  
quo melius ea discutiatur, & pluribus, praesertim Iuris studiosis, op-  
ponendi locus sit: Ideo primus successione ordo, qui descendentium  
est, & vsq; ad 23. thesin exclusiue durat, 19. die Martij, publice in  
aula noua: Secundus vero ordo, qui ascendentium est, & 23. ac se-  
quentibus thesibus, vsq; ad 45. exclusiue continetur, in auditorio  
Iure consultorum die 21. dicti mensis: Et deniq; tertius ordo, de quo  
in reliquis Thesibus agitur, sequenti die, quae est 22. Martij, eodem in  
loco, exercitij gratia disputabitur, nec non de appendice feu-  
dali, singulis praedictis tribus diebus opponendi  
locus dabitur.



Tubingæ, Apud Alexandrum Hockium. 1578.





## QVÆSTIO.



Vm hæreditas nihil aliud sit, quàm successio in vniuersum Ius, quod defunctus habuit, tempore mortis: quæstione dignum est, inquirere, cui nam potissimum, & quo ordine, ab intestato successio deferatur:

### *Thesis. 1.*

Triples autem ordo successionis est, Descendentium nimirum, Ascendentium, & ex latere iunctorum.

2.

Et primò quidem omnium, ad defuncti successionem, vocantur descendentes, sublata qualibet differentia, sexus & patriæ potestatis.

3.

Hi enim quàm diu extiterint, etiam in remotissimo gradu constituti, ascendentes & collaterales omnes penitus excludunt.

4.

Ita tamen, vt si omnes filij, filiaeq; primi gradus supersint, parentibus vtriusq; sexus, pro virilibus portionibus, æquo iure succedant, alijs descendentes, vltioris gradus, exclusis.

5.

Sin verò cum filijs primi gradus, nepotes, pronepotes, vel etiam vltiori gradu constituti, vnus vel plures, ex præmortuis filijs vel filiabus vnà concurrant: hi omnes

A 2 cum

cum patris suis, vel similibus personis, ad aui, vel proau  
defuncti, hæreditatem, in stirpes, æqua lance, admittun-  
tur.

6.

Quod idem dicendum est, si nepotes, cum pronepoti-  
bus, vel in vltiori gradu constitutis, absq; vllis deo-  
auo, proauo, vel abauo &c. respectiue successuri sunt.

7.

Etsi autem ingredienti religionem fratrum minorum,  
post factam professionem, ab intestato nulli succedere  
possint:

8.

Eligentes tamen se monasterio vel clero sociare, & re-  
liquum vitæ suæ tempus sanctimonialiter degere, de Iure  
ciuili nullo eis impedimento ex sanctimoniali conuersa-  
tione generando, & soli, & cum alijs ad successionem pa-  
rentum vocantur.

9.

In tantum quidem, vt nec propter hanc causam, quasi  
ingrati, à parentibus suis exhæredari, vel minus legitima  
portione eis relinqui possit.

10.

Prædicta autem intelligenda sunt, de descendantibus,  
naturalibus & legitimis, ex legitimo matrimonio pro-  
gnatis.

11.

Liberi enim, qui ex complexibus, aut nefarijs, aut in-  
cestis, aut damnatis processerunt, nullo modo, nec patri,  
nec matri, nec alijs ascendentibus succedere possunt, cum  
omni

omni legum beneficio quasi indigni reputentur.

12.

Si tamen extra matrimonium nati essent liberi, ex coitu non damnato à lege temporali: tales matri vel alijs ascendentibus per lineam maternam, perinde ac si nati essent ex legitimo matrimonio, ab intestato bene succedere possunt.

13.

Et id non tantum, si soli superessent, sed etiam cum alijs filijs, ex legitimo matrimonio natis, successio maternorū bonorum ipsis debetur.

14.

Et licet liberi naturales tantum, nati ex libero & libera, patri etiā ab intestato succedere possint, in duabus vncijs, si modo pater legitima sobole liberorum, & coniuge, careat, & illa, ex qua talis natus est, fuerit concubina, indubitato affectu in domo retenta.

15.

Illud tamen de liberis tantum naturalibus, primi gradus, non verò secundi vel vltioris, vt nepotibus, & pronepotibus intelligendum est.

16.

Ex quo infertur, quod filius naturalis & legitimus, procreatus ex filio naturali tantum, non possit auo paterno ab intestato succedere.

17.

Et quod de filijs legitimis & naturalibus dictum est, vt parentibus suis succedant, id etiam de legitimis tantum, vt sunt adoptiui, intelligi debet, æqualiter enim illi, cum

A s alijs

alijs filijs legitimis & naturalibus, in adoptantis hæreditatem succedunt.

18.

In tantum, vt absq; legitimis & naturalibus liberis, ab intestato patri adoptanti, exclusis ascendentibus, de rigore iuris succedere possint.

19.

Quod intelligendum est, si tempore mortis in adoptione ipsius patris manserint, secus si fuissent emancipati, tunc enim dissoluta forent iura adoptionis, & in nihilo succederent.

20.

Nisi à coniuncta persona, puta ab auo paterno, vel materno, adoptatus quis esset, talis enim succedit adoptanti non solum ab intestato, sed etiam contra testamentum, perinde vt alij filij legitimi & naturales.

21.

Filij quoq; legitimati, vnà cum alijs legitimis & naturalibus liberis, parentibus suis succedunt.

22.

Nisi legitimatio mortuo, aut inscio parente facta fuisset à Principe, ignorantiam paternam nesciente, talis enim legitimatio in præiudicium aliorum non valeret.

23.

Vbi verò nulli defuncto descendentes superstites sunt, tunc ordine mortalitatis turbato, ascendentes defuncto proximi, ad tristem & luctuosam filiorum successionem vocantur.

24.

Idq; æqualiter.

Etsi

25.

Etsi diuersæ lineæ, parentes fuerint,, dispari numero, pari tamen gradu, in stirpes & non in capita fiet distributio: ita quidem, vt hæreditatis vnum semissem, patres ex linea paterna, alterum ex materna linea habeant.

26.

Etsi autem plurimi DD. teneant, quod in bonis, quæ à patre tantum, vel ab aliquo ascendente, de linea paterna ad defunctum peruenerunt, ascendentes, illius lineæ paternæ, ascendentibus maternæ lineæ præferantur, & vice versa:

27.

Tamen contraria sententia B1. Et aliorum existimantium, absq; discrimine bonorum, à quacunq; linea processerint, æqualiter hæreditatem inter ascendentes pari gradu constitutos, diuidendam esse, de iure defendi posse videtur.

28.

Semper autem proximior ascendentium, remotiorem, tam eiusdem, quam diuersæ lineæ excludit, sicq; fit, vt mater defuncti, excludat auum paternum, etiam quoad bona quæ sita à patre vel linea paterna.

29.

Vocantur autem ad descendentium successionem, quoq; vnâ cum ascendentibus, ex utroq; parente defuncto coniuncti fratres sororesq;, nec nō defunctorum fratrum sororumq; liberi.

30.

Qui tamen defuncti fratres sororesq;, nec auum nec  
auiam,

auiam, nec proauum nec proauiam, paternum vel mater-  
num, si modo nemo eos antecedit, excludere possunt.

31.

Quamuis successionis forma eo casu, quo cum ascen-  
dentibus, fratres sororesq; defuncto succedunt, alteretur:  
in capita enim, & non in stirpes inter ipsos, & ascendentes  
gradu proximos defuncti hæreditas, secundum numerum  
personarum, distribuitur.

32.

Tamen si cum ipsis defunctorum fratrum sororumq;  
liberi concurrant, successio quo ad eos in stirpes tantum  
admittitur, cum hi omnes pro vno reputentur, paternum  
ingredientes gradum, & illius ferentes portionem.

33.

Consanguinei verò vel vterini saltem Fratres atq;  
sorores defuncti, planè à patre & matre, auo vel auia,  
tàm paternis quàm maternis, aut remotioribus etiam a-  
scendentibus excluduntur, vndecunq; sanè bona proue-  
nerint.

34.

Quod autem dictum, est ascendentes cùm defuncti  
fratribus & sororibus, ab intestato succedere, limitatur:  
nisi ascendentes ad secundas nuptias transuolassent.

35.

Mater enim ad secunda vota transiens, liberis ex primo  
matrimonio prognatis, ab intestato morientib9, in bonis,  
quæ ex substantia paterna, ad eos peruenerunt, quo ad  
vsum fructum tantum, non item in Iure proprietatis suc-  
cedere potest.

36.

36.

Et quod de matre dispositum est, idem etiam in patre ad secunda vota transeunte, iuris esse dicimus.

37.

Imò idem in alijs ascendentibus maribus & foeminis, vt auo auia & proauia, procedere arbitramur.

38

Operatur autem ascendentium transitus ad secunda vota priuationem proprietatis, & eorum bonorum tantum, quæ à marito vel vxore transeuntis peruenerunt ad eum, de cuius successione agitur, non autem aliorum bonorum, quæ defuncti fuerunt, vel ex alterius ascendentis successione ad ipsum deuenerunt.

39.

Etsi autem parentes, vel alijs ascendentes, siue per paternam siue maternam lineam progrediantur, liberis suis, ex coitu damnato natis, non succedant:

40.

Matres tamen, alijsq; per maternam lineam ascendentes, naturalibus ex concubitu non damnato ab aliqua lege temporali natis, perinde ac si ex legitimo matrimonio processissent, ex Trebelliano Senatusconsulto admittuntur.

41.

Nec pater quoq; si modò certus sit, nec alijs per lineam paternam ascendentes, naturalibus suis liberis, in duabus vncijs succedere prohibentur, in casibus in quibus naturali filio patris successio, si is prædefunctus esset, deferretur.

B

42.

42.

Sed Parentes adoptiui adoptatis filijs, qui in eorum potestatem non transiuerunt, ab intestato succedere nequeunt.

43.

Patrem verò arrogatorem, mortuo arrogato, in pubertate, ei vnà cum alijs parentibus arrogati in capita succedere debere, rationi conueniens esse videtur.

44.

Naturales quoque parentes, postea tamen legitimos factos, instar aliorum parentum, qui liberos ex legitimo matrimonio procreauerunt, descendentibus suis succedere arbitramur.

45.

Quòd si verò defunctus, neque descendentes neque ascendentes relinquat, tum omnium primo in tertio ordine fratres sororesque ex utroque sanguine iuncti, ad prædefuncti fratris hæreditatem in capita vocantur.

46.

Cum quibus etiam pariter admittuntur, fratrum & sororum ab hac luce subtractorum filij superstites.

47.

Qui tamen, cum Iure repræsentationis in locum defunctorum parentum suorum succedant, in stirpes tantum cum superstilibus defuncti fratribus & sororibus admittuntur.

48.

Quòd si verò defunctus, nullos nec fratres nec sorores utrinque coniunctos, sed liberos eorum tantum relinquat,  
tunc



tunc inter ipsos in capita, non verò in stirpes defuncti hereditas, secundū Azonis opinionem, diuidenda veniet, arbitramur.

49.

Quod ipsum etiam in successione feudali procedere arbitramur.

50.

Post fratres autem & sorores utrinque coniunctos, eorundemque filios, ad hereditatem defuncti, admittuntur ex vno latere fratres sororesque tam uterini, quam consanguinei, & cum his filij prædefunctorum fratrum & sororum, exclusis itidem defuncti patris & similibus personis.

51.

Prædictis personis omnibus deficientibus, ad defuncti successionem vocantur collaterales reliqui, quicumque in gradu sunt proximiores: idque sine vlla agnationis vel cognationis, sexus, bonorum, duplicis vel vnius vinculi, ascendentiae vel descendente, repræsentationis, stirpium vel capitum differentia, obtinet.

52.

Et si plurimi eiusdem gradus inueniantur, secundum personarum numerum inter eos hereditas diuidetur, quod in capita leges nostræ appellant.

53.

Eaque successio ad decimum vsque gradum conceditur.

54.

Postquam verò deficiunt omnes cognati & agnati vsque decimum gradum, tum vir & vxor sibi inuicem ad succedendum admittuntur.

55.

Postremo

Postremo loco defuncti, absq; legitimo hærede, bona  
fiscus occupat.

56.

Nec consuetudo valet, per quam hospites, peregrinis  
in eorum hospicio defunctis, succedere nituntur.

### Appendix Feudalis.

Inuestituram feudi, à quo tamen regulariter filia, &  
ipsarū filij excluduntur, sibi & hæredibus suis, masculis  
& foeminis accipiens, fæminis in feudi successione lo-  
cum non præbebit, quàm diu masculus ex eo superest.




X2615896

V. 17








B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



INTESTA-

CLA  
TISSIMO-  
HMANN, I. V.  
ris canonici Professore  
omni pietate & obser-  
ER NORDLIN  
scriptis, pro ingenij  
tur.

NIS COPIOSA,  
incta capita contineat,  
tim juris studiosis, op=  
ordo, qui descendentium  
9. die Martij, publicè in  
tium est, & 23. ac se=  
ontinetur, in auditorio  
iq; tertius ordo, de quo  
est 22. Martij, eodem in  
n de appendice seu=  
bus opponendi

Hockium, 1578.

~~77~~  
573

1578 A  
1

7

2

*Handwritten notes in cursive script.*

